



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

12. Per eumde[m] Sanctum in alendis mortalibus diuinæ pote[n]tiæ vis  
oste[n]sa.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45653**

cēdit, cibos sine igne excoxit, manus in ollas & lecytos olei feruentis illasus immisit, lapides calcineos candentes e fornace eduxit, lateres & saxa in ignem iniecta & calore rubentia, e faco in vas, in quo infirmus lauandus erat, balneumq, satis distans loco, instar rosarum, gestauit, nudis pedibus ignem periculosè spineta inuadentem compressit & extinxit, nudis etiam manibus, plantisq, succensus prunas protriuit, lampadesq, ac cereos sine lumine accendit. Calum e fornace candentem manibus illasus eduxit, & conrectauit. Accidit aliquando vt faber ferrarius B. Francisco quicquid ferri ad Conuentus fabricam desideraretur, polliceretur, dummodo carbonem subministraret. Conuentione istiusmodi habità, lignorum struem in fossa profunda occludit igne supposito. Cum autem ignis superpositum aggerem inuaderet, accurrat Franciscus, & pedibus nudis flammam erumpentes reiundit, donec vnus e Fratribus terram detulisset, qua hiatus oppleretur. Narrabo aliud factum. Quidam ex operarijs ficus furto sustulerat. Coniectabant pleriq, vnumquempiam ex omnibus. Negabat ille acriter. At Franciscus tot repetitis mendacijs offensus, imperat ollam feruentem adferri, in quam nudus brachium primum immisit, deinde Latomo, quem coniectabat furem, dixit, fili si furti non es reus, polliceor, te diuina ope manum tuam ex aqua, quemadmodum ego ipse, educturum in tua innocentia experimentum. Verum ille male facti conscientia tactus, non est ausus eiusmodi periculum facere, maluitq, furtiuum obsonium profiteri.

XII.  
Idē author  
Lib. 2. c. 1.  
Eod. lib. c. 4.

Maiora adhuc recensentur infra, quæ Paterni, in ciuitate Calabriae, gesta sunt, dum altera fabrica, construeretur. E quibus sufficit ea, quæ huc spectant, apponere. Quid memorem? inquit author, quoties suos operarios dapibus celestibus, & non alia ratione, quam Angelorum ministerio comparatis, aut miraculo multiplicatis aluit? Sanè quidem processus ad canonizationem Neocastrensis meminit Angeli missi à Christo IESV ad S. Franciscum, vt deferret frustum panis, & vini amphoram, quibus reficerentur conducti ad ligna in quodam monte comparanda, operarij. Verum quod in eo miraculo omnibus omnium oculis, & sensibus subiectum est, inuisibili angelorum ope perpetratum credimus, in ijs quæ subijciuntur exemplis. Nam primo omnium, ter mille viros, aut mulieres, qui Paternum visendi Thaumaturgi gratia confluxerant, vnico panis cophino, atq, vini amphora ad satietatem refecit: cum tamen postea idem cophinus, eademq, amphora intacta remanerent. Altera autem die, cum quendam ex fabris ostendisset proferens ficum vnã (quanquam alij restim ficuum dixerunt) insit.

infiti. Putásne me tibi & socijs tuis, ex hac ficu partem aliquam dare posse? cui iste ratu id impossibile factu. subridens: at mi Pater, inquit, si totam distribuere, quid tibi cedit? Respondit S. vir, gratia DEI, Charissime, que non deest inquirentibus eum toto mentis affectu. Igitur ficum istam viginti operarijs diuisit, cum ea singulorum admiratione, ut omnibus abunde satiatis, ficus præ manibus superesset. Idem narratur de trecentis hominibus, qui operam nauabant aqua ductui Conuentus excouando, paucis ficubus ita refectis, ut superessent. Præterea viginti numero fabros lignarios, quos cedendis in silua lignis addixerat, vno pane, viniq, amphora totam diem aluit, præter omnium expectationem, qui antequam è Conuentu migrarent, conquesti fuerant, quod parca nimirum singulorum educationi prospectum fuisset. Ad hoc memorandum est, quod in litteris Vincentij Carafa Comitit ad Leonem X. atq, alibi consignatum est, innumerabili hominum concursu confluyente, è cophino panis intacto, & vini cado inexhausto omnes comedisse & bibisse. Erátq, istud miraculi genus valde familiare S. Patri Thaumaturgo: Nam de eodem vini dolio, à mense Aprili, ad mensem Septembris, ab omnibus operarijs, & innumeris, qui Paternum confluebant, potatum est. Fabarum item parua mensura per multos menses non deficit, vinum, lactuca, & frustulum panis multiplicantur, cistula pomorum oblata à paupercula ducentis hominibus ita diuisa est, ut singulis pomum vnum cederet. Deniq, in apparatus mensa Guilermo Oecono, & Præfeto domus Illustrissimæ D. Marchionissæ de Polixena, nec piscis miraculo expiscatus, nec panis, nec vinum à comedentibus minui visa sunt. plurag, alia ex altis ad canonizationem colligere est, que noster scribendi stylus contra huius breuitatis desiderio. Hæc de S. Francisco Paulino.

Aliquando autem Christus, pane, aliquando vino; aliquando sua manu, suos pascit, aliquando aliena. Nota etiam in pueros est S. Othmari laguncula. De S. Felice Nolano à Ribadea neira hæc memorantur. Postquam (sicut olim D. Petrus ex Herodiano carcere) ab Angelo è vinculis eductus ad montem peruenit, in quo S. Maximus Nolæ, in Campania, Episcopus, vitatis persecutoribus, fame confectus frigoreque rigens in niuoso solo iacens mortuo, quàm viuo, similior, vix spirabat; illico super eum se, Prophetæ instar, iaciens manus manibus, pedibusq; pedes, & os ori cõposuit, ut rigentia membra calore pariter corporis foueret & charitatis. Tamdiu ita iacuit, donec & ipse algeret: neque tamen se aliquid proficere vidit. Itaque in preces & genua-

XIII.  
Petr. Ribad.  
14. Ianuarij.

X se ere-